



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CIII. Differentia 29. Iure Canonico propter adulterium tantùm agitur ad
separationem thori, & lucrum dotis, aut donationis propter nuptias,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CIII.

DIFFERENTIA 29.

Iure Canonico propter adulterium tantum agitur ad separationem thori, & lucrum dotis, aut donationis propter nuptias, c. Tux, de pio. ur. sed Iure civili ad pœnam corporalem agitur: l. Qiamvis, & Auth. Sed hodie, ad l. lul. de adult. Ioann. Bapt. à S. Blasio 162.

I. **A** Pud Catholicos recepta doctrina est, l. nullius quantumlibet magni criminis causâ matrimonii consummati vinculum solvi posse, contra errorem Græcorum hujus temporis, & hæreticos, Lutheranos, Calvinistas, Anabaptistas, & politicos quosdam apud Bronchorst Cent. 3. ass. 8. & Bellarm. l. 1. de matrim. c. 15. 2. capitale supplicium, quod sanguinis effusione fit, ab Ecclesiæ moribus, & usu alienum esse, c. Sententiam. Ne cler. vel monachi. Sanchez l. 10. D. 8. n. 16. Unde sequitur, conjugem innocentem, qui accusare adulteram vult, non posse apud Judicem ecclesiasticum agere ad aliam pœnam, quam, quæ sacris canonibus definitur, videlicet, separationem thori, amissionem dotis, aliorum vè honorum. Nam *Pœnitentiam, Angelus, & Silvester in v. Adulterium*, alias pœnas non agnoscunt, quam modò indicatas: non excludendo tamen intrusionem in monasterium, quæ pœna à legibus constituta, & in Ecclesiam translata est, c. Gaudeamus, de convers. coniug. Vbi Barb. Excommunicari quoque tam vir, quam mulier adultera potest c. In-

telleximus, de adult. & stupro. Covarr. c. 7. part. 2. de matrim. n. 20.

II. Quod Jus civile attrinet, Gloss. in c. Tux, v. Legitiman: Per leges veteres, ait, mulier de adulterio pœnâ sanguinis puniebatur, l. Castitati, C. ad l. lul. de adult. & c. 30. eod. Secundum legem Moysis verò lapidabatur, c. Hec imago 33. q. 5. Hodie verò detruditur in monasterium. Auth. Sed hodie, C. ad l. lul. de adult. & c. est. Gaudeamus. Vbi Greg. IX. Mulieres, quæ relicto maritali thoro lapsu catas ceciderunt, si matrici earum commoneat eas ad frugem melioris vitæ convertas noluerint recipere propter Deum, in claustris studeas collocare, ut perpetuam pœnitentiâ ibi agant. Nota non remitti adulteram ad monasterium, ut professionem faciat, sed ut pœnitentiam agat. Maritus enim jus habet exacto biennio & secutâ emendatione recipiendi illam.

V. Menoch. de arb. Casu 290. Sanchez.

l. 10. disp. 13. Reginald. l.

31. c. 4. l.

P

CIV. DIF-

Aningmia.